



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 1. Antiqua Prußiæ diuisio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

terram cum arce Dobrinensi, cā lege vt Prussiam cum eo diuident. Eius autem ordinis Sacerdotes cum loricā, & gladio poterant celebrare. Quomodo autem hic ordo defecerit, & pars huius ditionis cesserit Regi Poloniæ, pars Marchioni Brandenburgico diximus sub initium huius libri in Historicis. Duplex autem circumfertur Prussiæ diuisio, altera antiquior, sed seruata monimentis Borussorum; altera recentior; utramque hīc exhibemus. Antiqua quæ prima obiicitur dicitur esse facta à Videneto Rege inter duodecim filios suos.

§. I. *Antiqua Prussiae diuisio.*

- I. Et maximè Borealis SCLAVONIA, seu Schlauonia à Schlaune, vbi ciuitas Ragneta ad Fl. Memel.
- II. Eam excipiebat NADRAVIA, seu Nadrouia à Nadrone, ibi nullæ vrbes, omnes enim à fratribus Crucigeris deletæ, postea tamen conditum Georgenburgum.
- III. Excipiebat illam NATANGIA à Natangone, vbi Brandenburgum.
- IV. Ab Oriente prædictæ adiacet SAMBIA, sic dicta à Saymone primogenito Videneti, vbi Regi-mons.
- V. Ad Orientem stringebat illam BARTONIA à Bartone, cum urbe cognomine, fortè hodie Bartenstein.
- VI. Adiacet Podlachiæ, & Lithuaniæ SYDAVIA à Sudone, hic nullæ arces aut vrbes, omnibus per Crucigeros euerfis.
- VII. Versus Meridiem attingebat eam. GALLINDIA à Galindone, vbi nunc Ortelesburgum.
- VIII. Suprà in Boream reflectendo VARMIA à Varmone, vbi vrbs cognominis, cuius Episcopus legatus erat, qui Ludouicæ Mantuanæ nuptias celebrauit, cum suo Principe.
- IX. Adhæret ei HOCKERLANDIA ab Hoggone, vbi Elbinga.
- X. Coniungitur ei POMESANIA à Poinedzone, vbi Mariemburga.
- XI. Hanc excipit CULMENSIS DUCATUS à Colmo, vbi Culmina.
- XII. Extrema denique versus Poloniam MICHOVIA, seu Michelouia à Michelone, vbi Strasburgum.

§. 2: